

Querenti autem mihi, multumque ac
diu cogitanti, quem potissimum dispu-
tationis hujus meæ arbitrum elige-
rem, non una causa fuit, quæ me ad Te
compelleret, Excellentissime Dn. Wit-
ten à Lilienau. Præterea enim quod re-
corder optimè illorum verborum Cla-
riss. Dn. D. Davidis Martini, cognati
Tui, & amici mei perdilecti, quem ho-
noris causa nomino, quibus mihi sæpi-
us incredibilem ingenii Tui vim, virtu-
tem, candorem, & in judicando dexte-
ritatem exposuerit, dici profecto non
potest, quam mirificam in his diebus
cœperim voluptatem, ex cognitione &
societate Filii Tui docti revera Dn. Jo-
hannis à Lilienau Amici mei valde co-
lendi; Cui cum consilium meum de
Apologia hacce Amplissimo Nomi
Tuo inscribenda exponerem, non tam
disvadere, quam probare conatum me-
um videbatur, adeoque spem faciebat
non dubiam, fore, ut hæc mea qualia-
cunque benevolo animo à Te accipi-
antur. Quare patere quæso Vir Excel-
lentissime, ut paucis admodum, rei to-
tius